



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117778

§. 10. Liberius Papa. Concilium Arelatense.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66022)

Sæculum IV.

A. C. 352.

§. X.

*Liberius Papa. Concilium
Arelatense.**Lib. Pont.
Sup. L. XI.
S. 58.**Epist. 2. Li-
berii ap. Hi-
lar. fragm.
p. 456. Et ap.
Lucif. Et to.
2. Con. p. 745.
Liberius Pap.*

Ut Athanasium prosternerent Arianis, primo ad Liberium Papam converti sunt. Is Julio successerat, qui collectus erat ad Patres suos 12. Aprilis, Imperatore Constantio quinto, & Cæsare Constantio Gallo Consulibus, id est, anno 352. S. Sedem annis quindecim, duobus mensibus, & sex diebus tenuerat. De ejus scriptis nihil habemus nisi duas Epistolas, de quibus mentionem fecimus, nempe illam longiorem ad Eusebianos, alteram in reditu S. Athanasii ad Ecclesiam Alexandrinam. Unum vel alterum post mensem Liberius invitatus electus est, cum prius muneri suo in Ministerio inferiori magna humilitate functus esset. Episcopi Orientales ad eum scripserunt, S. Athanasium accusantes, utque ipsum sua Communione arceret, persuadere nitentur. Liberius eorum Epistolam legit in Concilio Episcoporum, qui ex Italia convenerant, at etiam aliam Epistolam septuaginta quinque Episcoporum Ægypti pro S. Athanasio prælegit. Inde factum, ut cum Concilium majorem Episcoporum numerum pro Athanasio stantem videret, divinæ se Legi repugnatum crediderit, si Orientalibus assenti-

retur.

retur. Hanc Concilii sententiam Libe-
rius Arianis rescripsit, & eodem Conci-
lio approbante, ad Imperatoris Constan-
tini aulam misit, Vincentium Episcopum
Capuanum, & quosdam alios, Cæsarem
rogaturos, ut Concilium Aquilejam con-
vocaret, quod jam pridem sibi proposi-
tum habuerat. Vincentius Capuanus
idem esse creditur, qui ante viginti octo
annos in Concilio Nicæno nomine S. Sil-
vestri Papæ præfederat. Concilium a-
ctum est Arelate in Galliis, quo se Im-
perator post devictum, & peremptum
Magnentium contulit, ibique a mense
Octobri anni 353. usque ad tempus ver-
nale anni sequentis mansit.

Mense Majo anni ejusdem Constan-
tius, cum esset Constantinopoli, decre-
tum pro Clericis ediderat, quo aliqua
disponerentur, ut populi quotidie fidem
amplectentes, facilius in Cœtus coirent.
In hoc Edicto primo Clericos eximit a
censu ob possessionem fundorum fisco
pendendo; secundo indulget exemptio-
nem ab oneribus servilibus, qualia erant
farinam, panem, carbones ad Regiam
suppeditare, eo modo, quo aulae Proce-
res exempti erant. Tertio liberantur a
tributo lustrali, quod a mercatoribus e-
xigebatur, & tandem ab illa servitute,
qua alii equos publicos, currusque sub-
ministrare tenebantur; hæc exemptio
ad

Sæculum IV.
A. C. 352.

Ep. I. T. 2.
Cont. p. 744.

Ann. XIV.
c. 5. Pagi.

353. n. 5.

L. 10. Cod.
Theod. de ep.
1. 13. 14.

de extraord.
Th. I. XI.

Sæculum IV. ad eorum uxores, liberos, mancipia extenditur, nam plerique Clericorum minorum uxores habebant, pluresque mercatores erant, vel artifices. At certum
A. C. 353. est (sunt verba Edicti) lucrum, quod ex mercatura faciunt, in utilitatem pauperum cedere. Sub finem ejusdem anni

l. 5. Cod. Th. de pag. Ath. ap. 1. 678. Constantius aliquam quoque Legem tulit, qua Sacrificia nocturna prohibebantur, a Magnentio permessa, qui, ut ut esset Christianus, fiduciam in Magos, & incantatores contra Legem Dei posuerat.

Sever. Sulp. hist. l. 2. p. 406 Suggestentibus Arianis, alia præter has lex promulgata, qua ad exilium damnabantur, omnes, qui Athanasii condemnationi non subscriberent.

Epist. Lib. ad Const.

Cum scirent Ariani, Occidentales in damnationem Athanasii nunquam consensisse, hoc ipsum ante omnia in Concilio Arelatensi petiere. Legati SS. Pontificis, nempe Vincentius Capuanus, & Marcellus alterius urbis Episcopus in Campania dicebant, de negotio fidei prius tractandum, quam de causa alicujus privati, & omnium primo Arii hæresin condemnandam; atque omnium Ecclesiarum perturbationem dolentes, eo usque permoveri se passi sunt, ut scripto etiam promitterent, se hac conditione impleta in Athanasii damnationem consensuros; super hac propositione conveniunt, deliberant, & Orientales respon-

spondent, se Arii Doctrinam damnare non posse, sed excommunicandum esse Athanasium; nempe hoc totum erat, quod desiderabant. Tandem Vincen-
 tius Capuanus Arianorum vi, & ærum-
 nis fractus in damnationem Athanasii
 consensit. Econtra S. Paulini Episcopi
 Trevirensis virilis duravit constantia, nec
 moveri potuit, ut subscriberet, decla-
 rans, sibi quidem damnationem Photini,
 & Marcelli, non vero Athanasii ratam
 esse. Ergo in exilium pulsus, in Phry-
 giam ad Montanistas relegatur; sæpius
 exilii locum mutare coactus, post an-
 nos quinque anno 358. beato fine quie-
 vit. (*)

Sæculum IV.
 A. C. 353.

Athan. Apol.
 p. 692. Lib.
 Marc. &
 Faust. p. 28.
 Sev. Sulp.
 ibid. Athan.
 p. 692. Hilar.
 in Const. p.
 691. Hieron.
 Chr. 359.

§. XI.

(*) Interpres Protestans Partem tertiam
 suæ Versionis ornavit Dissertatione valde pro-
 lixa: Von den Känken und Bosheiten der Aria-
 ner. Nunc autem, ubi agitur de Liberii Papæ
 fragilitate, fragmentum Epistolæ, quam Eusebia-
 ni, id est, Ariani, ad Julium Papam dedisse, di-
 cuntur, quæ vero ad manus Liberii Successoris
 ejus devenit, ipsi absque omni dubio authenti-
 cum est. Dicit parte III. pag. 15. Es haben
 zwar Baronius, und andre Papisten dafür
 gehalten, daß dieser Brief von den Eusebia-
 nern geschmiedet, und untergeschoben wor-
 den; allein ihre Gründe haben den critischen
 Augen noch kein Genügen geleistet. Denn
 daß